HUGO DE SANCTO VICTORE
Admont, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 140r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26898
Copyright: Admont, Benediktinerstift



fecta sunt ut estimo ad aliud. s. ad non remanendum nos humiliter infi
gurativis fantasiis. ad hoc ut erudiant qualiter omnino saltem non humiliter
remaneamus. i. abiecte infigurativis fantasiis. nichil aliud esse
credentes quam quod secundum visibilium formationem scriptum invenimus.
sed eruditi poci a figurativis. ad eorum que vera sunt cognitionem ascen
damus. Si autem hoc dixeris tu aliquis. vel tu tymothee. quomodo nos fecimus
memoriam. vel mentionem omnium angelicarum virtutum. vel operationum. ~~et virtu~~
~~tum~~ vel imaginum que in eloquiis inveniuntur. deinde. i. post illa que diximus
respondemus quod verum ÷ quia in ipsis quidem. s. virtutibus. aut operati
onibus aut imaginibus quarum super mundanam. i. nimis altam scien
tiam ignoravimus. altum lucisductorem desideramus docentem nos.
i. ut doceat nos. vel ducat ad lucem cognitionis. Quedam autem
tamquam eque potentia dictis. i. equalia et non minora his que diximus.
preter misimus tamen commensurationi sermonis providentes. i.
providentes ne sermo noster mensuram suam transiret. vel nimis di
ceremus. si vel hoc totum diceremus. quod dicere possemus. Simul et
honorantes secretum quod super nos est. cum silentio. Silentium et
secretum honorat. quia illi quod tacetur. aliquando maiore reve
rentia exhibetur. Et tegenda sunt non numquam aliqua que dici
possent. ut semper super sit quod intus requiratur. et ne vilescat.
si totum exponatur. Hec quidem in Ierarchia dyonisii. secundum
sensus possibilitatem presumpsi. sed timeo ne nostra suis adici
ens marmoreum parietem luto superduxisse convincar. Propterea
vereatur presumptio. imploret devotio. Michi autem solacium.
quia illius que exponendum suscepi. in quo sapientia transcendit. scientias
conscendit. Explicit expositio Magistri Hugonis.
Prepositi Sancti Victoris Super Libros Ierarchiarum
Dionisii Ariopagite.

C. Klee